

tur, etiam Beneficia simplicia, Societates laicorum et loca pia, non tamen Hospitalia, pro eorum parte rata concurrere deberent. Ab eo nihilominus tempore non nisi Parochum tantum S. Crucis, ac tres supranumerarios Canonicos Collegiatæ Ecclesiæ SS. Johannis et Andreæ, qui distinctam a reliquis Canonicis habent Præbendam contribuisse constat. Capitulares qui integrum fere onus subibant, protestati sunt de contributione procurationis ad formam antiqui decreti immemorab. quo loca pia præseferebant nihil solvendi observantiam. Beneficiatis manutationem dedit Episcopus. Verum ponderato dubio, quomodo et a quibus esset Episcopo visitanti contribuendum? ad formam Decreti 1660, juxta liquidationem faciendam coram Episcopo contribuendum responsum prodiit: Aquipendien. 21 April. 1787. dub. 1.

(15. Redintegrationem proinde Capitulum exquisivit pro procuracionibus præteritis solutis, sed non nisi pro ultima procuracione potuit obtinere: *Ibid.* dub. 2.

(16. Asculanum Episc. Canonicos Ecclesiæ Cathedralis rationum Depositarii, et Oeconomum revisores, aliosque de Capitulo, ad quod spectare documenta ab illis exhibita post redditas rationes, completumque Syndacatum servare statutum fuit, scindentes aut igni tradentes ordines solutionum, et acceptilationes, multare suo arbitrio posse S. C. decernit: Asculana 12 Julii 1788. dub. 12. confirmat. 7 Febr. 1789.

(17. Eundem Episcopum in locationibus bonorum faciendis per idem Capitulum sub pœna nullitatis audiendum esse quoad bona

## EUCARISTIA.

## S. CONGREGATIONIS RITUM DECRETA.

(1. Indulti sumendi Sacram Eucharistiam nocte Nativitatis Domini pro Monialibus Tertiariis Ordinis Carmelitarum exalceatarum civitatis Bononiæ: Lectum. Bononien. Die 12 Sept. 1761.

(2. Facultatis sumendi sacram Communionem in nocte Nativitatis Domini pro Monialibus Monasterii S. Danielis Fanen. Ordinis *delle Rocchettine* nuncupati: Serventur Decreta. Fanen. Die 10 Decembris 1768.

(3. Porrecto S. R. C. nomine P. Fr. Augustini Motuski Ordinis Minorum Observantium S. Francisci Provinciæ Minoris Poloniæ Ministri Provincialis supplicii libello pro resolutione sequentis Dubii, nempe.

« An Diaconus in Ordine tantum Diaconatus constitutus extra casum necessitatis, possit distribuere Fidelibus Communionem, in casu, etc. ? »

S. eadem C. audito prius voto unius ex Apostolicarum cæremoniarum Magistris super dicto Dubio ab eodem exarato, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Marefuschii Pontentis, rescribendum censuit: *Negative*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. Ord. Min. Obser. S. Francisci Prov. Min. Polon. die 25. Febr. 1777.

(4. Cum Sacerdotibus sæcularibus Portio-

fabricæ, minime vero quoad bona Capituli, S. C. determinavit: *Ibid.* dub. 13. confirmat et addit, sed dempta pœna nullitatis: *Ibid.*

(18. Judicium petitum inde fuit, utrum eidem Episcopo, ubi constet de præjudiciali Capituli bonorum Ecclesiæ, seu fabricæ administratione, liceat eadem bona locare reluctantibus etiam Canonicis? et resolutum fuit ut Episcopus uteretur jure suo ad formam Concilii Tridentini: *Ibidem* dub. 14, confirmat. *Ibid.*

(19. S. C. plane explicavit suum consilium, procuracionem Archiepiscopo Camerini Visitationem gerenti suppeditandam esse per contributum a cunctis etiam beneficiatis, confraternitatibus, et Ecclesiarum Patronis Vicariatus Castri Flastræ, quamquam soli Parochi præbere eam soliti erant: Camerinen. Procurat. 23 Novem. 1793.

(20. Cum ex Concilio Tridentino Capite 8, sessione 22, de reformatione, Episcopus designetur omnium voluntatum executor, et possit testamentarios Curatores compellere ad munus implendum etiamsi a Testatore id contingeret interdici, uti ex capite 17, de testamentis statuit Sacra Congregatio adigendos Curatores hæreditatis Tolæ ad rationem Archiepiscopo reddendam termino viginti dierum de Administratione numeratæ pecuniæ, ac bonorum omnium quæ ad hæreditatem Tolæ spectare compertum erit, annuamque pensionem quam pro Canonicatu erigendo idem Tolam reliquerat, impendi ab Archiepiscopo favore Seminarii usque ad possessionem novi Canonici, excepta pensione primi anni, facto verbo cum Sanctissimo. In Arboren. 18 Julii 1835, ad 3 dub.

nariis nuncupans Collegii S. Spiritus Civitatis Compostellanæ nonnulla occurrerint Dubia, humillime S. R. C. supplicarunt: quatenus ea benigne decernere dignaretur. Dubia sunt sequentia.

1. « An, ubi primæ Dominicæ singulorum mensium, in quibus facienda est solemnis expositio SSmi Sacramenti, fuerint privilegiatæ primæ, et secundæ classis, cantanda sit Missa de SSmo Sacramento, seu potius de iisdem Dominicis privilegiatis primæ, vel secundæ classis cum oratione sub unica conclusione de laudato Sanctissimo Sacramento? »

2. « Et quatenus negative ad primam partem, affirmative quoad secundam; quibus vestibus, et paramentis uti debeant Ministri Sacri? »

Et S. eadem C. audito prius voto unius ex Apostolicarum cæremoniarum Magistris scripto exarato, typisque evulgato, ad mei infrascripti Secretarii relationem, loco Emi, et Rmi Domini Cardinalis Calini Pontentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Negative quoad primam partem, Affirmative quoad secundam.*

Ad 2. *Provisum in primo.* Et ita declaravit. Compostellana. die 17 Jan. 1778.

(5. Cum Sacerdos Joannes Baptista Berni recentior Archipresbyteratu Ecclesiæ Parochialis titulo Sanctorum Cosmæ et Damiani loci, vulgo nuncupati Canoscio, Dicecesi Ti-

phernen. potitus, antiquam consuetudinem in eadem Ecclesia invenerit Sacrosanctam Eucharistiam impertiendi Fidelibus in Sabbato Sancto pro satisfactione etiam Paschalis Præcepti, et anceps hæserit: Num eadem consuetudo servanda foret, sive utpote abusiva removenda? Ut omnem anxietatem deponeret, supplex fuit apud S. R. C. pro declaratione sequentis Dubii, videlicet: « An liceat in Sabbato Sancto inter Missarum solemnia Sacram Eucharistiam Fidelibus distribuere, et num per eandem sumptionem sacre Communionis præceptum Paschale adimpleatur? »

Et S. eadem Congregatio, audito prius uno ex Apostolicarum cæremoniarum Magistris, qui scripto suam sententiam protulit, referente Emo, et Rmo D. Card. Crivelli Pontente, respondit: *Affirmative in utroque.* Tiphernen. die 22 Martii 1806.

(6. 4. « An incongruum sit, quod ad augendam fidelium devotionem publice exponatur in nocte Nativitatis Domini SSmum Sacramentum, eo quod incongruum est, ipsa nocte fideles communicari, ex Decreto S. R. C. 20. Aprilis 1641. » (1172.)

5. Sac. Rit. Congregatio die 6 Decemb. 1653 (1545) decrevit, quod Missa de Dominica cujuslibet mensis, seu festo duplici, cum sit particularis Processio cum SSmo Sacramento, dici debet cum commemoratione ejusdem; at quæritur si Processio absoluta fuerit, Sanctissimumque reconditum, antequam cantetur Missa conventualis, utrum debeat fieri in dicta conventuali eadem commemoratio?

Ad 4. *Non probari, utpote extra communem Ecclesiarum consuetudinem.*

Ad 5. *Negative.* Portugallen. die 17. Septembris 1785.

(7. I. Facti species « Rector Ecclesiæ reperit in Ecclesia sua consuetudinem renovandi Panem pro Sacrificio Missæ, et Communionem Fidelium singulis tribus mensibus tempore hyemis, tempore vero æstivo solitum confici pro sex mensibus: hinc quæritur.

1. « An, attenta consuetudine, Rector licite consecrare possit species a tribus mensibus tempore hyemis, vel a sex mensibus in æstate confecta? »

Ad 1. quæsitum I. — *Negative, et eliminata consuetudine, servetur Rubrica.* Gandaven. die 16. Decembris 1826.

(8. 1. Utrum tuto sequi valeat Regula Ritualis Parisiensis, sic expressa: Si quando Communio danda est, inventus non fuerit sufficiens numerus Hostiarum, poterunt aliquot Hestia dividendi in plures Particulas, quæ singulis distribuantur: Et quatenus non sit sequenda, utrum quibusdam saltem in circumstantiis, temporis, locorum, et personæ sequi possit?

Ad 1. *Servetur consuetudo dividendi consecratas Particulas si adsit necessitas.* Veronen. die 16 Martii 1833.

(9. « An reprobanda, ac proinde eliminanda sit consuetudo Feria sexta in Parasceve de sero in Ecclesia, et ad proprium Altare

cum luminaribus iterum collocandi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum? »

« An in Provincia Tridentina, quæ ab Imperatore Leopoldo Primo inter Provincias Germaniæ adnumerata est, ab Alumnis Ordinis Minorum Sancti Francisci Reformatorum, absque Ordinarii licentia, præter consuetas, usuque receptas Sanctissimi Sacramenti expositiones, fieri possint extraordinariæ, quæ in illis Provinciis ex inveterata consuetudine introductæ sunt? »

« An toleranda sit, vel eliminanda consuetudo inveterata, Sacerdotem, qui ad Altare aliquod ad celebrandum accedit, vel ab eo recedit sic Sacris Vestibus Sacrificii indutum, et jam præ manibus Calicem tenentem ascendere in transitu Altare, in quo adest Sanctissima Eucharistia, ut ibi Sacram Communionem Fidelibus distribuat? Et quatenus non sit toleranda, utrum depositis Planeta, et Manipulo in Sacristia, accedere possit cum Alba, et Stola? »

« An Stola pro ministranda Sanctissima Eucharistia extra Missam semper esse debeat coloris Officio illius diei convenientis, ut præscribit Rituale Romanum, vel potius esse debeat alba, prout valde conveniens Sacramento Eucharistiæ, ut multi censent Doctores? »

Ad 4. *Abusum esse eliminandum*

Ad 7. *Negative.*

Ad 12. *Si adsit necessitas, posse tolerari.*

Ad 13. *Juxta Ritualis Romani Rubricam debet esse coloris Officio convenientis.*

Utrum Benedictio Apostolica pluries impertiri possit novo mortis periculo redeunte?

Parochus novit Sacrum Viaticum difficillime porrigi posse Infirmo morti proximo, nisi celebret in Oratorio domestico Indulto Apostolico erecto domui Infirmi proximo: quæritur utrum possit a privato Oratorio Sanctissimum Sacramentum deferre? Et quatenus affirmative, utrum in tali casu celebrare possit etiam Indultario precario absente?

Ad 3. *Ut ad proximum.*

Ad 8. *Affirmative etiam absente Indultario.* Veronen. Die 27 Augusti 1836.

(10. Quum hodiernus æditus Cathedralis Feretranæ Sacrorum Rituum Congregationem humillime rogarit, utrum servari possit consuetudo in eadem Cathedrali invecata, in Feriis nimirum secunda, tertia, et quarta majoris Hebdomadæ Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrandi in eodem Altari, in quo publicæ Fidelium venerationi est expositum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum? Emi, et Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus præpositi, et ad Vaticanum hodierna die in Ordinariis Comitibus coadunati, referente me subscripto Secretario. rescribendum censuerunt, *Consuetudinem tamquam abusum eliminandam.* Feretran. Die 11 Martii 1837.

## S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Sacramenta Pœnitentiæ et Eucharistiæ, dempta necessitate non in privatis Capellis, sed in publicis Ecclesiis dumtaxat licet administrare. Gross. 16. Maii 1778. § 7.

(2. Formam Decreti X. Cardinalis Episcopi anni 1781 debent servare Canonici, Archipresbyter et Mansionarii Curati Ecclesiae Collegiatae S. Petri montis Martiani in casu delationis SSmi Viatici ad infirmos, et illius reditus in Ecclesiam tempore Divini Officii in Choro: Senogallien. 13 Junii 1789. dub. 17.

(3. Sacramentum Eucharistiae Infirmis aliisque in Xenodochio S. Mariae de Crucibus degentibus olim ministrabat Sanctae Apolloniae Rector, sub ejus Parochia Xenodochium existit. Archiepiscopus Boncompagnius electionem demandavit Capellani, qui in ipso degeret Xenodochio, ut praesto esse possit Sacramentorum ministratio; ob id gravibus inter Capellanum et Parochum exortis jurgiis, fuit tandem resolutum licere Capellani Hospitalis Sacramentum SSmi Viatici quibuscumque sive ratione domicilii, sive ratione servitii degentibus in praedicto Hospitali administrare. Ravennaten. 27 Junii 1789. dub. 1.

(4. Episcopus nequit concedere licentiam servandi SS. Eucharistiam in Ecclesia non Parochiali. Ascul. 14 Mart. 1795. § 3.

## EXAMINATORES

## S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Quum nominatus fuisset ad Canoniam Ecclesiam S. Mariae Assumptae oppidi Montis Cassiani Clericus Gervasius Andreani, Episcopus eum examini subiecit. Sed minus idoneo reperto, institutionem ei denegavit. Re in S. C. delata locum esse novo examini statutum est: Lauretana die 24 Aprilis 1784. Postea institutionem concessit die 27 Novembris ejusd. anni.

(2. Declaravit S. C. non esse locum novo examini Sacerdotis Antonii Pierucci, qui ab

## EXCOMMUNICATIO.

## S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Rixa enata est inter ludentes pueros Clericum Marcum Bolenum annorum 14. et Josephum Guilhelmum annorum 13. conseritisque manibus, praedictus Joseph scalpello librario Clericum a quo jam prostratus fuerat, contra se venientem ita in coxa laesit, ut post paucas horas ille obierit. Modo Joseph praefatus ad clericalem militiam institui cupit, postulatque una cum dispensatione absolutionem ab excommunicatione parti praestita satisfactione; et S. C. absolutionem, quando constet de satisfactione fisci ei concessit. Brugnaten. Irregularitatis die 6 Maii 1786.

(2. In excommunicationis poenam ab Episcopo Vilmensi intentatam incidisse Parochum Olkoviensem, qui cadaver Constantiae

## S. CONGREGATIONIS EPISCOPORUM ET REGULARIUM DECRETA.

(1. Quando a Sede apostolica dantur Executores in forma commissoria, gratia censetur suspensa, usque dum Rescriptum exe-

Servari enim debet SS. Sacramentum in Ecclesia Parochiali quamvis paupere. *ibid.*

(3. Sub Parochiali S. Stephani in Castro S. Angeli duo sunt Ecclesiae una S. Spiritus, altera S. Sebastiani, in quibus duo erectae sunt Laicorum Societates, quarum una est Misericordiae, seu mortis aggregata Archiconfraternitati Mortis Urbis. Disputatio proinde copiosa cum Parocho constituta est de Ecclesiasticis functionibus, et S. C. consultata declaravit Parocho S. Stephani competere jus privativum exponendi sanctissimum Sacramentum in propria Ecclesia, ita ut iisdem diebus exponi non posset in aliis Ecclesiis juxta votum Episcopi, qui ita censebat. Consuetudo enim, quam unum Sodalitium in sui favorem ostendit precarium habebat titulum Spoletana Funct. Eccles. 12 Martii 1796. dub. 1.

(6. Nec non Sodalitium Misericordiae, seu Mortis Castri S. Angeli aggregatum Archiconfraternitati Mortis Urbis non posse sine facultate Episcopi exponere in propria Ecclesia Sanctissimam Eucharistiam infra annum, et praecipue in formam 40. horarum decidit S. C. *Ibid.* dub. 2

irrationabili judicio Episcopi provocavit, quum in concursu ad vacantem Ecclesiam Parochialem S. Luciae civitatis Auximanae reprobationem habuisset causa illius ignorantiae, quam in responsionibus ad propositos morales casus ostendit. Auximana Parochiae die 6 Maii 1797. dub. 2.

(3. Examinatores Synodales ab Episcopo Montis Alti electos probavit S. Congregatio non obstante irrationabili dissensu Capituli. In Montis Alti quoad Examinatores Synodales die 23 Julii 1803.

Volodkoviesz contra Episcopale praecipuum in sua Ecclesia tumulavit una cum praefuncto illius viro, licet sibi Constantia Sepulturam praelegisset in Ecclesia PP. Carmelitarum Conventus Olkoviensis; modo ex Decreto S. C. judicium fecit. Vilnen. Sepult. die 14 Decem. 1792. dub. 2.

(3. Absolutionem Leonardo Bianco ab excommunicatione contracta ob falsationem Rescripti Secretariae Memorialium, et a suspensione inducta ex prava familiaritate cum Vidua concessit Sac. Congregatio imposita gravi poenitentia, denegata dispensatione ab irregularitate (qua innodatus erat ob promotionem ad Sacros Ordines iis irritus Censuris) et rehabilitatione ad Sacros Ordines. In Licien. Irregularitatis die 26 Aprilis 1815.

## EXECUTOR.

cutioni mandatum non fuerit; ita ut Executores merito executionem denegare valeant, si comperiant clausulis in eodem appositis satisfactum non fuisse. Sic, licet tempore editi rescripti evidens Ecclesiae utilitas adesse videatur, si postea contrarium

appareat, rescriptum non est exequendum, ut ex sequentibus apparet.

Anno 1823 Joannes Baptista De-Stephano, Parochus Loci Frascatoli, Nolanæ Diocesis, judicium contra Paschalem et Clorindam Cozzi instituit, ut fundum quemdam parochiae vindicaret, quem ab ipsis injuria detineri contendebat. Rei conventi quaedam exceptiones objecerunt, quibus ostendere studebant illum a se titulo emphyteuseos possideri, ideoque a parocho nihil praeter canonem exigi posse.

Sed prima judiciorum experimenta reis conventis adversa acciderunt. Mortuo deinde Parocho De-Stephano, Franciscus Sicilianus, ejusdem successor, ut litis expensas atque discrimina devitaret, facilem sese praebuit in adstipulando quodam cum adversa parte emphyteuseos contractu.

Qui cum a Sacra Congregatione Episcoporum et Regularium approbatus fuisset, Rescriptum, quod sequitur, per eam prodiit die 14 Julii 1826. « Sanctitas sua attenta relatione Episcopi Nolani benigne annuit, et propterea eidem mandavit committi, ut veris existentibus narratis, et quatenus in evidentem Ecclesiae utilitatem fore cessuram judicaverit, praefatam concordiam cum pactis et conditionibus in ea appositis, pro suo arbitrio et conscientia approbet atque confirmet; necnon constituto sibi de evidenti Ecclesiae utilitate, facultatem ineundi praefatum emphyteuseos perpetuae contractum cum annuo canone et conditionibus proficuis. »

Sed tamen hujusmodi rescriptum nunquam executionem sortitum est; quin imo postquam frustra actum est de instrumento conficiendo juxta leges Neapolitanæ Ditionis, post annum 1834. novus quidam inter partes contractus stipulatus est, in quo pactum adjectum fuerat, ut, si a principe contractus ejusdem approbatio denegaretur, in sui cuique jura regredi integrum esset.

Post haec Rei conventi nullum omnino canonem persolverunt: quocirca Parochus actionis vindicatoriae judicium iterum promovit, et propitiam sententiam retulit die 10 Aug. 1839.

Sed illi appellationem interjecerunt, in eoque institerunt, ut Regium Exequatur Rescripto S. C. edito die 14 Julii 1826, apponeretur. Sed Consilium quod aiunt Consulta Generale del Regno, conditionem petitioni adnexuit, ut solemnitates a Neapolitanis legibus praescriptae adimplerentur.

Hinc ad Curiam Nolanam sese verterunt, quae tamen, auditis rite utrisque partibus, suam pronunciavit sententiam die 9 Julii

1841. qua dixit, nullam rationem haberi debere memorati Rescripti, quod firmitate et robore destitutum esse declaravit.

Igitur Rei conventi hoc quoque in periculo repulsi ad hanc Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium confugerunt, ut, hujusmodi decreto infirmato, memorati Rescripti executio praescriberetur.

Sacer Ordo pro suo more Votum Consultoris exquisivit; qui, tota positione perpensa, quaestionem propositam ad hanc Thesim redegit, nempe, « an et quomodo executio Rescripti anni 1826 Ordinario praescribenda sit. » Cui quidem affirmative rescribendum esse opinabatur.

Aiebat enim compertissimum esse in jure, quod Rescripta in forma, ut aiunt, commissoria, nullum impetranti jus pareant, donec Executor Apostolicus, constituto sibi de conditionibus appositis, gratiam ipse suo decreto non perferat, cum hujusmodi rescripta, quae de natura sua facultatem Executori factam dumtaxat impertiunt, gratiam quidem faciendam non autem factam importent, Rosa de Exec. Lit. Ap. L. I. et IV. n. 24.

Jam vero hujus generis esse Rescriptum, de quo agitur, res ipsa per se loquitur. Una enim vel seorsim sumpta ex hisce clausulis « Veris existentibus narratis, Si in evidentem Ecclesiae utilitatem, Constituto sibi, » satis est, ut Rescriptum in forma commissoria concessum dicatur. Rosa l. c. C. n. 19 et 144. 145.

Itidem in jure exploratum est, quod in Rescriptis in forma commissoria concessis utilitas, quae Apostolici Beneplaciti fundamentum constituit, non inspicienda sit tempore beneplaciti, sed tempore executionis. Rosa l. c. C. XI. n. 18. Petra t. 1. pag. 66. n. 134.

Atqui in causa, de qua sermo est, utilitas, quae tempore concessi beneplaciti adesse visa est, exulare omnino deprehendebatur tempore executionis quo, plurimis judicialibus factis experimentis, parochus victor semper extiterat, nullumque inversae fortunae periculum subesse cognoscebatur.

Proposita igitur fuit hujusmodi Causa cum titulo « Nolana Executionis Beneplaciti Apostolici » in nupero generali auditorio diei 13 Junii 1845. subjectoque dubio « Se e come si debba confermare o piuttosto revocare il decreto emanato dalla Curia di Nola nel Caso contro cui si è ricorso a questa S. C. » Eñi Patres rescripserunt — *Ex noviter decretis non esse locum executioni Beneplaciti Apostolici.*

## EXEQUAE.

## S. CONGREGATIONIS RITUM DECRETA.

(1. Delata ad S. R. C. ex parte Domini Alexandri Mariae Licoe Sacerdotis ex Clericis Regular. Minor., Confessarii Monialium Asceterii S. Jacobi Terrae S. Ginnesii, Camerinen. Diocesis, controversia inter eum exorta, et Capitulum, sive nonnullos Canonicos Ecclesiae Collegiatae dictae Terrae circa

jus agendi exequias super cadaveribus Monialium ipsius Asceterii, num scilicet competat Confessario Monialium, an vero praefato Capitulo?

Eadem S. C. attenta relatione totius quaestionis facta a Rmo Archiepiscopo Camerinen. qui audivit tam Capitulum, quam Moniales, proponente dubium Emo, et Rmo Domino Cardinale Gazzoli relatore, decrevit:

*Celebrationes exequiarum spectare ad Confessarium pro tempore. Camerinen. Die 16 Martii 1805.*

(2. Blasius Lentini Archipresbyter et Parochus primariæ Ecclesiæ Deo in honorem Sancti Nicolai Episcopi dicatæ Oppidi De Laurea considerans Caput de Exequiis § V. Ritualis Romani ac dispositionem Missalis, quod suo loco assignat Missam in die obitus, seu depositionis Defuncti, atque internoscens Rubricistarum omnium sententiam asserentium hanc Missam canendam esse ut locus illi fiat in diebus festis, vel ritus duplicis, ratus est pauperes defunctos, quæ vires non suppetunt pro obtinenda Missa Solemni de Requite in die depositionis, inferioris esse

## EXPENSÆ.

## S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Expensas factas a Masinio Exequutore Testamentario sacerdotis Angeli Calbini, quæ cesserunt in utilitatem pii operis ab ipso instituti, ei reficiendas esse jussit Sacra Congregatio ab opere pio juxta liquidationem a D. Secretario faciendam, reservato jure pio operi agendi contra quos de jure in

## EXPOSITIO SS. SACRAMENTI.

## S. CONGREGATIONIS RITUM DECRETA.

(1. Utrum servari queat inducta consuetudo, ex qua dum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publicæ venerationi expositum est, continuo duo Clerici Superpelliceo induti, Diaconi autem et Sacerdotes etiam Stolum albam habentes, ut in Cœna Domini flexis genibus intra Presbyterium assistunt, quisque per horæ spatium?

Ad 2. *Affirmative juxta Instructionem Clementis Papæ XI. Brixien. die 1. Sept. 1736.*

(2. Parochiali in Ecclesia Castriveterani Diœcesis Mazarien. mos est SSimum Sacramentum publicæ Fidelium venerationi in Ara maxima exponendi, detecto S. Joannis Baptistæ, Titularis Ecclesiæ et prædicti Oppidi præcipui Patroni, insigni Simulacro, quod non supra Altare, sed extra illud sexdecim fere palmis sejunctum in propria Edicula existit, et ita insculptum, ut religioso modo Fidelibus Agnum Dei, qui tollit peccata mundi præsentare videatur. Centum, et amplius ab hinc annis viget hæc consuetudo, confirmata semper ab Episcopis Diœcesanis, et nuperrime ab hodierno Ordinario, qui prima Episcopalis suæ visitationis die Sacrum agens talem expositionem sua manu perfecit, et publicam deinde supplicationem solemnem ducto pertraxit, ac denique ingenti Populo cum SSimo Sacr. est Benedictionem impertitus. Super hac consuetudine ex zelo, quo fervet R. D. Petrus Maria Triolo actualis Parochus, ut Ecclesiastici ritus apprime serventur, ad animi sui tranquillitatem Sac. Rit. Congregationi sequentia tria dubia humillime proposuit enodanda, nimirum:

« I. An velari debeat Simulacrum S. Joannis Baptistæ, vel potius supra centenaria

conditionis respectu divitum; propterea, ne hoc peculiari ritu ab Ecclesiæ statuto priventur, concedendum esse ut pro defunctis pauperibus Missa a Rituali recensita die præscripta legi etiam valeat in diebus festis, et ritus duplicis, atque ad hoc Indultum obtinendum Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicavit. Et sacra eadem Congregatio ad Quirinate sub infrascripta die in Ordinario Cœtu coadunata, audita relatione ab infrascripto Secretario facta, omnibus rite consideratis, præsertim Decretis. sa. me. Alexandri Papæ VII. rescribendum censuit: *Negative et serventur Rubricæ.*

Atque ita rescripsit. Die 17. Augusti 1833.

Feretrana Applicationis super expensis 24. Januarii 1801.

(2. Expensas pro salario Exactoris, Archivista et Procuratoris jussit Sacra Congregatio deducendas esse ex Massa Legatorum Missarum, quæ separata fuit a Massa Capituli Cathedralis Ecclesiensis In Ecclesien. onerum 23. Julii 1803. ad I. Dub.

consuetudo servanda sit, exponendo nimirum Sanctissimum Sacramentum cum Simulacri detectione, quando ob ingruentem publicam calamitatem, collectis, et elargitis elemosynis, hanc expositionem votum populi expostulat?

« II. Quando natalitia Solemnitas hujus Sancti Titularis Ecclesiæ, et Oppidi principalis Patroni occurrit aliqua die infra Octavam SSimi Corporis Christi?

« III. Quando quotannis mense Novembris oratio quadraginta Horarum peragitur? »

Et Emi Patres Sacris tuendis Ritibus præpositi in Ordinario Sacrorum Rituum cœtu ad Vaticanum coacto, exquisita prius unius ex Apostolicarum cæremoniarum Magistris sententia scriptis prodita, præloque cusa, ad relationem Emi, et Rmi Dni Cardinalis Caroli Odescalchi Ponentis, rescribendum censuerunt sub die 22 Martii vertentis anni — *Ad Dominum Secretarium cum SSimo juxta Mentem.* — Placuit autem SSimo Dno Nostro Leoni XII. Pont. Max. suam mentem non aperire, mandavitque sub die 26. recensiti Mensis, et Anni, ut iterum proponeretur in Proxima. Mandatis SSimi obtemperans prædictus Parochus iterum, S. R. C. adivit, adhibitis per procuratorem novis Allegationibus, et responsionibus. Iterate itaque omnibus sedulo, mature, diligenterque perpensis, Emi, et Rmi PP. ad Vaticanum in Ordinario cœtu coadunati, propositis Dubiis collective respondendum censuerunt — *In casu, de quo agitur servandam esse consuetudinem, excepto tempore expositionis quadraginta Horarum.* — Mazarien. die 17. Sept. 1828.

Facta autem denuo SSimo Dno Nostro Leoni XII. Pont. Max. per me infrascriptum ejusdem S. C. Secretarium relatione, Sanctitas

Sua Sac. Congregationis Responsum approbavit, et confirmavit, atque ita in Ecclesia Collegiata Castriveterani supradicta servari mandavit. Kalendis Octobris ejusdem Anni.

(3. Ex pio quodam Legato tenentur Moniales Sanctæ Claræ in Civitate Tarentina in propria Ecclesia ad Altare majus publicæ Fidelium venerationi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum exponere tribus postremis diebus Carnis privii. Ne vero in sacro audiendo ipsarum pietas fraudetur humillimas Sacrorum Rituum Congregationi preces porregerunt pro facultate celebrandi Missam Conventualem sine cantu ad Altare, ubi expositio ut supra peragitur dictis tribus diebus. Sacra eadem Congregatio, referente infrascripto Secretario in ordinariis Comitibus ad Vaticanum hodierna die habitis, rescripsit: *Pro gratia dummodo in Missa Sacra Eucharistia non distribuatur.* Tarentina die 12. Nov. 1831.

## EXTREMA UNCTIO.

## S. CONGREGATIONIS RITUM DECRETA.

(1. Ultra pedum pars superiorne, an inferior ungenda sit in Sacramento Extremæ Unctionis?

Ad 1. *Nihil innovandum.*

## S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(2. Infirmis, aliisque in Xenodochio S. Mariæ de Crucibus degentibus olim Sacramento ministrabat S. Apolloniæ Rector, in cujus

## S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(4. Cum Canonicus Palazzi instaurasset, donatis in id scut. 500, Expositionem SS. Eucharistiæ quæ olim a Card. Severolio instituta in Cathedrali Ecclesia per plures annos omissa fuerat, eamque absolvi mandasset « nei primi tre giorni della settimana Santa, prendendo il suo principio della Messa dell'aurora » dubitatum est, an ea perdurare deberet a mane Dominicæ Palmarum usque ad Vesperas feriæ tertiæ, ceu jam per biennium factum fuerat, seu potius a Dominicæ Palmarum usque ad meridiem feriæ quartæ majoris hebdomadæ, ceu antea fieri consueverat; S. Congregatio, penitus inspecto donationis et acceptationis Capitularis sensu, rescripsit juxta mentem Capituli cui Episcopus famulabatur Affirmative juxta votum Episcopi. In Fanen. pii Relicti 22. Januarii 1838.

## F

## FENESTRÆ.

## S. CONGREGATIONIS EPISCOPORUM ET REGULARIUM DECRETA.

(1. Quod in Bibliotheca Ferrarii ad verbum *Fenestra* in Additione ex aliena manu, n. 29, asseritur de adhibendo remedio ex parte domus, si hæc noviter e conspectu monasterii constructa aspectum intra idem introducat, confirmationem recipit ex Declaratione S. C. Ep. et Reg. 27 Sept. 1338. prout sequitur.

E conspectu Monasterii S. Christinæ Ordinis S. Augustini in Civitate Bononiensi aderat quædam domus, cujus duæ parvæ fenestræ quæ lucem horreo inferebant, murum clausuræ paulisper superabant. Dominus ejusdem domus cum eam restaurasset, duas illas fenestras in superiori præsertim parte dilatavit, ut horreo in cubiculum converso lux accresceret, itaque domus posset inhabitari ac in dormitorii usum adhiberi.

Sed ex hujusmodi innovatione factum est, ut prospectus pateret intra Monasterii Clausuram.

Nam, cernere inde erat internum Monasterii pratium, partem internam cubiculi, in quo sanctimoniales quotidie ad opera communia convenire solent, necnon et interiora

Tyrocinii atque etiam aliquarum cellarum, ubi Moniales dormire adsuescunt.

Itaque ex parte Monasterii contra domus illius dominum actio super nunciatione novi operis intentata fuit apud Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium.

Reus conventus judicium adversamque sententiam declinare satagebat, multis allatis testimoniis, quibus Monasterii Procuratorum deductiones infirmare ac refellere conabatur.

At Sacra Congregatio non acquiescens relationi, quam ediderat vir in arte peritus a Monialibus deputatus, Ordinario mandatum dedit, ut alterum peritum adhiberet, qui ex officio locum inspiceret, suumque votum pro rei veritate proferret.

Cum vero hic etiam in sententiam primi periti a Monasterio electi discessisset, causa in partium contradictione delata est ad plerarium auditorium cum dubii formula.

« Se, e come si debba togliere il prospetto nel Monastero di S. Cristina nel caso di cui si tratta? »

Emi Patres in Bononien. Prospectus in Monasterium S. Christinæ Ordinis S. Augustini die 21 Septembris 1838 rescripserunt.